

2622.

1327 d. 29 Juli.

LARS JONSSON qvitterar den mellangift, han erhållit på det i föregående bref nämnda byte af hans gods i Tuna och Hambra.

L. Sparres saml. afskr. i Riks-Arch., Sign. J. 6. fol. 29, v.

Omnibus presentes litteras inspecturis LAURENCIUS JONSSON. Salutem in Domino sempiternam. Tenore presentis recognosco me pecuniam in commutatione prediorum meorum in Tunum et Hambrum promissam integraliter leuasse, reddens commutatores meos et eorum heredes liberos penitus jmitos [ø: et quitto], pecuniam de permissa [ø: de pecunia premissa]. Ne quis igitur heredum meorum ipsos commutatores meos de premissis infstandi [ø: infstandi] potestatem habeat. Sigillum meum vna cum sigillis nobilium Dominorum, Gregorij Magnusson, Anundi Stwra, et Æringislonis Jonsson presentibus sunt appensa. Datum Anno Domini, M. CCC. XX. septimo. die beati Olai Regis et Martyris.

Tvenne sigill, Greger Magnussons och Erengisle Jonssons (se anm. vid föreg. Nr:r), äro afritade under afskriften.

2623.

1327 d. 9 Aug.

Söderköping.

Konung MAGNUS tager i sitt beskydd Biskop Bengt i Åbo och hans kyrka, försäkrande dem om bibehållandet af deras från äldre tid innehafda privilegier.

Registr. Eccl. Aboens. chart. fol. 22.

Omnibus presentes Litteras inspecturis MAGNUS dei gracia rex suecie et norwegie Salutem in domino sempiternam Nouerint vniuersi quod nos Venerabilem in christo patrem Dominum benedictum Episcopum aboensem et ecclesiam suam ibidem in nostre proteccionis munimen et tutelam recipimus specialem, volentes ipsos eisdem gaudere iuribus et libertatibus omnibus quas constat predecessores suos ab antiquis temporibus habuisse, Prohibentes sub obtentu graciae nostre firmiter et districte, nequis cuiuscumque condicionis uel status Eisdem dominum episcopum et ecclesiam suam contra consuetas eorum libertates aliququaliter offendere audeat uel presumat Sicut grauem nostram vitare voluerit vlcionem Datum Sudercopie Anno domini Millesimo Trecentesimo Vicesimo septimo In vigilia beati laurencii.